

The Electronic *Manipulus florum*
www.manipulusflorum.com

Abusio a
cum fonte primo

Magna abusio:

parcitas putatur auaricia,
sobrietas austeritas creditur,
silencium tristitia reputatur.

Econtra: remissio discrecio creditur,

loquacitas affabilitas, cachinnatio iocunditas,
mollicies uestimentorum
et equorum fastus honestas,
lectorum superfluus cultus mundicia.

Bernardus in apologetico.

Ecce enim

parcitas putatur auaritia,
sobrietas austeritas creditur,
silencium tristitia reputatur.

Econtra remissio discretio dicitur,
effusio liberalitas,

loquacitas affabilitas, cachinnatio iocunditas,
mollities uestimentorum
et equorum fastus honestas,

lectorum superfluus cultus munditia,
cumque haec alterutrum impendimus,
caritas appellatur.

Bernardus Claraeuallensis, *Apologia ad
Guillelmum abbatem*, 16 (SBO 3, J. Leclercq,
C.H. Talbot, H.M. Rochais eds., p.95, ll.10-14).